

Gal. methodi medendi

atq; vſta ad eundem modum: alia præterea multa ex ijs, quæ vehementer sicut illa ſiccant. Si qua vero eiusmodi vlcera ſine madore ſunt, ac recentia, ijs ſola aloe ſalutare medicamen eſt. Inſpergitur autem ſicca, ſed in tenuiſſimum ceu pollinē redacta. Hec vero etiam quæ in ſede conſtituit ſicca vlcera probe pecurat. Similiſſimā huic vim habet & cadmia vino elota, & ſicca. Ab hac quoq; non longe abeft argenti ſpuma Lithargyros græce dicitur. Deinceps vero molybdæna ſequitur. Omnibus vero tum minus inferens doloris, tum nullo minus efficax pompholyx eſt. Sin humidiora ſunt, ipſe per ſe pini cortex; itemq; lapis hematites vocatus idoneus eſt. Quod si profunditas quæpiam iplis adlit, vbi exiccata fuerint, diſtorum alicui tantulum mannae admifcendum eſt, quantū ſit ad carnē gignendā ſatis. Neq; igitur horum quicq; vel per ſomnium norunt, qui iſtiſ ſunt alienæ à methodo ſectæ: cū omne vlcus, in quacunq; animantis ſit parte, eadem poftulare curationē opinentur: neq; etiam quemadmodum fuere quædam vlcera oporteat, veluti ea quæ abdomen contingunt, de quibus in ſequenti libro cum ijs, quæ reſtant, vniuersis agetur.

GALENI METHODI MEDENDI, ID Eſt DE MORBIS CURANDIS, LIBER SEXTVS.

ARGUMENT. LIBR. I.

Neruorum, tendinum, ligamentorum, partiumq; quæ illorum natura par-
ticipant, oſſium quoq; curationem absoluit.

Prolixitatis librorum excusatio, ac quæ hactenus monſtrata ſunt.

CAP. I.



On dubito fore nonnullos quibus eſſe prolixus videbor, qui vnum hactenus morborum genus, quemadmodum methodo curet, exponam. Par eſt autē non tam mihi longitudinē hanc imputet, q̄ ijs qui parum intelligētes quæ rectiſſime ab Hippocrate ſint ſcripta, ea calumniari ſunt conati, quos ne quemadmodum vlcus quidē recte current, ſcire oſtendit: nedum quod maius ſit quicq;. Atq; iplum quidem morbi genus, cuius vna species vlcus eſt, ſeu continuatatis, ſeu unionis G solutionem voces, nihil referat. Illud monſtratum eſt methodū curandi eius, in quocunq; corporis mēbro ſit, quæ qdem ab affectu ipſo ſumanī indicationes ſeruare cōmunes: quæ vero ex partibus pbeantur, alias atq; alias habere. Cum. n. in carnosis particulis inciderit, no minatur qdem vlcus: habet vero curationis indicationē oīum qdem quæ p̄ter naturā ſunt cōmunem, ſui ſcilicet ademptionē: quā vero ceu affectus p̄ficit, vt per contraria tollat: quam vt di uifio eſt, vnitioñ. Quippe generatio huīus viiij in diuifione vnitatis cōlilit. Ideoq; in oſſe vo- catur fractura, græce Catagma: in neruofis fibris Spasma: in musculis, vlcus & ruptio: quorū diſſe rentia prius iam dicitur eſt. Idem tñ morbus cum in neruū & arteriam, & venā inciderit, nullā pro priam appellationē eſt ſortitus. mutuantur aut̄ interdum vlceris, interdum vulneris vel ruptionis appellationē. Cæterū parum eſſe de noībus ſollicitum debere eum cui rerū ſcientiam inuenire ſit ppoſitum, ſepe iam diximus. Itaq; huc potius noībus neglectis, pperemus: qñ non ex horū exq; ſita impoſitione, ſed ex appoſitiſ remedijſ ægro ſalus paritur. Rursus igit̄ reuocandū ad memo- riam eſt, quēadmodum audaciſſimus Thessalus, cū nullā curandi vlceris methodū tradiderit, oēs tñ dixiſſe ſe arbitra. Siquidem q̄ ſinuofum vlcus poſtulet impleri, & ſimplex glutinari, hæc nec idiotis ſunt ignota. Quēadmodum tñ methodo quis pharmacis inueniat, qbus vel impleat quod ſinuofum eſt: vel glutinē, quod ſimplex eſt, hec vulgus nō nouit, at id eſt quod medicis conſide randum pponit, atq; in eo aliud alio eſt pſtantior. Quippe velut in p̄cedentibus oſtēdimus, & inueniet remedia, & inuenit ſe recte vtetur quifquis in medendi methodo eſt exercitatus.

CAP. 2.

VT enim iam aliquid pſequamur quod p̄cedentibus ſit deinceps, ſingamus quempiam ad nos venire, cui tñ cutis acu ſit puncta. Hunc hoiem, ſi ſit cui facile vlcera ſanefant, etiam ſi citra medicamentum nudeq; mēbro ad opera conſueta dimittas, nihil ſentiet mali, ſin cui diffi culter ſanēt, primum qdem colebit, poſt etiam tum pulſu particula infeſtabit, tum phlegmone. Ac Empiricus qdem examinando pcontandoq; hois naturam diſcret: Nos vero tum ex eiusmo di examinatione oībus hiſ viſi quæ per experientiā inueniant: tum nihilominus ex ijs notis quas de boni ſucci maliq; naturis habemus, p̄terea de ijs, qui acris hebetisq; ſunt ſensus, tum plenitudine grauatis, modiceq; ſe in ſuccis habētibus, nō ignari q; qui vel plethoricus eſt, vel vitiosis ſuccis premitur, vel acris eſt ſensus, vel horum quibulfam oībus ue premitur, phlegmone tentabitur: qui contra eſt affectus, nihil mali ſentiet, atq; hæc proſpicientes, non equidem medicamen quod glutinet imponemus, cuiusmodi plurima ſunt eorum quæ Enæma vocant, (ea ſunt quæ recentibus

A recentibus statim applicantur vulneribus immo molle & blandum, & quod dolorē mitiget. si quidem vbi magna diuisio est, ibi studium impendi debebit, vt magis siccantibus remedijs labra vleris vniānī, atq; coalescant, vbi autacū stilo ue facta diuisio est, id duntaxat curandum est, ne phlegmone particula tenteat. Atq; ex hoc manifestum est truentorū vicerum indicatiōnem, quæ à Thessalo est prodita, nihil nos matūs adhuc docere, quām sit cuilibet ē plebe notum. Non enim scire quid fieri oportet, id magna res est, vt quod omnibus hominib; natura insit, sed quibus rationib; illud efficias, id vero scire artificum est. Nam si nauem quispiam sit ædificaturus, scimus profectō omnes, et qui nauium fabrī non sumus, quo loco poni gubernacula debeant, quo loco puppis, quo prora, ac reliquorum quiduis. Et ceterum nihil nobis hæc ad rem conferunt, ut ipso te nescientibus quemadmodū ipsa struantur. Aequē & qui ædes molitur, vtq; non ignorat nec q; facienda pīrum parietum fundamenta sint, nec q; super his erecti minimeq; inclinantes erige di sint parietes, nec q; super his strui tectū oporteat, nec q; ostia, & fenestræ, singulæq; reliquarū domus partium proprijs collocādæ sint locis. Verū hæc ad domum ædificandam quid conferant, Quoad ipse fabrilis artis ignarus ea fabricare nesciat. Vni igitur Thessalo omnium hominū sapientissimo, nosse quid fieri oporteat, ad artificiam notitiā satis esse videtur. Sed nos per superioris comprehensa monstrauimus id esse operum quæ ex artibus expectent, veluti principiū quoddam, nondum aliquam eorum propriam partem, sed quæ ēt sit cuius ē plebe communis. Quippe primæ in omni arte indicationes omnibus hominib; natura sunt p̄fēctō. Quare si hæc satis sunt ad opifices faciendo, nihil vetat quin & naues ipsi ædificemus, & materiam fabricemus, prōptūq; sit omnibus tum calceos faceret, tum uestes, tum domos, sed & architectos esse, & cithara personare, & rhetoriciari. Verū non ita se res habet, nec qui vulneratae parti naturali vnitioñem esse moliendam nouit, is medicus est, sed qui quibus id rebus perficiat, intelligit, quanq; ne hoc quidem ipsum p̄ se satis est, si quis etiam quō pacto his sit vtendum nesciat, sed qui viam oēm curationis eosq; percalluit, ut ipsum consequi destinatū finē queat, is demum est q; mederi nouit. Ergo istis amethodis Thessali æmulis illud accidit, vt cū maiora viribus audeāt, nec ad ea q; consequi alioqui possent, accedāt. Quippe cū duduū stilo quidam vulneratus in manu esset ita, ut tota diuisa cute aliquid neruorū qui luberāt, pungeretur, sapiens scilicet Thessalius in principio emplastrū quoddā imposuit, quo sāpe in maximis vulnerib; usus prospere fuerat. Putabat. n. (arbitror) Omne vulnus eandē curationē requiret. Phlegmone uero oborta, ad cataplasma quod ex farina tritici cōponit se conferens, atq; interim hominē putrefaciens, intra septūm diem iugulavit. Nec sane comprehendere numero est, quot, vbi in Paeonia istorum manus incidere, conuulsiōe perierint: quo, si dijs placet, sanctio illa Thessalia seruetur. Omne cruentum vlcus similiter esse curandum, idq; partibus ijs qua laborent, nullam indicationem conferētibus. Ceterum vera ipsa methodus, non perinde atq; haec Thessali est amethodos: immo p̄t vel nunc ēt post tot tantosq; medicos non solum meliora medicamenta, quām prius fuere, sed etiā vniuersum curationis modum inuenire. Nemo enim statim ab initio ijs vsus q; nos inuenimus, ex neruī vulnerē in conuulsionem incidit. Aduerti nanq; vbi punctus neruus esset, ei ex sentiendi quod obtinet acumine, necesse esse tum dolorem incidere, quām reliquis partibus maiorem, tum ex necessitate phlegmonen consequi: nisi quis & medelam dolori inueniret, & phlegmones generationem prohiberet. Rationabile igitur mihi est usum, cutis quidem vulnus apertū inglutinatumq; custodire, quo per id ex neruo vulnerato sanies efflueret: totum uero corpus superuacuis humoribus liberare, ac nequisi dolor vulneratam partem vrgeret, in primis sollicitudinem habere. Itaq; etiam medicamenta excogitau non pauca, quæ vulneri imposita ad vtrūq; mire sunt cōparata, tum ut dolorem mitigent, tum ut exitum sanie patefaciant. Tuttius uero fuerit etiā si quis scutem latius incidat, ac totū corpus sanguinis missione inaniat, vtq; si fortis sit virtus. Si uero vitiosis succis repletum corpus sit, protinus purget. Aqua vero calida, quanquam reliquias phlegmonas valde mitigat, vulneratis tamen neruis est inimicissima: cum p̄fēctū eorum substantia ex refrigerata concretaq; humidiore materia sit condita. Omnis enim eiusmodi constitutio per ea quæ līmul calefaciunt & humectāt, resoluīt ac putrescit. Itaq; ab aqua calida eos qui ita vulnerati fuerant, omnino prohibui, vt ilius iudicās oleo calente fouere, propterea quod demonstratū ā me est, hoc quoq; si frigidū applicetur, tenues meatus obstrueret: sīn calidū, digerere. Porro fugi ex huius quoq; generibus & crudum, quod Omotribes grēce dicit, & quod deniq; adstringendī vim haberet. Delegi autē tenuissimū, cuius generis Sabinum est: quod etiā vtilius fuerit, si bīmū trimū'ue sit. Quippe id quām recēs magis per halitum digerit, quoq; magis est antiquū, hoc semper magis digerere est potens: verū dolorē minus sedat. In pharmacis autē huc omne cōsilii direxi, vt effectorum facultas tum tenuis, tum modice excalfaciens, & quæ siccare citra dolorem posset. cum sola hæc trahere ex profundo saniem, neq; cōtracta neq; demorsa particula posset. V̄sus sum autē primū terebinthina resina, tum per se, tum ēt paulum euphorbij admiscens: Et p̄ se quidē in pueris, & mulieribus, & generaliter ijs qui molli escent carne: Cum euphorbio uero in ijs, qui dura, Non secus autē & propoli, non per se modo, verū etiam cū euphorbio ipsam molliens: quod si durior esset, cū tenui quopiā oleo. Quin & sagapeno in duris corporibus sum usus,

vtiq;

Gal. methodi medendi

utiq; cum oleo & terebinthina id miscens: sed & opopanace ad eundem modum, quo & lagape-
no. Mithi vero & lachryma cyrenaica non inutilis fore videtur, si quis emplastrum ex ea faciat, cuius
modi est quod nos ex euphorbio cōpositum, uerū nondum id experientia, quēadmodum re-
liqua omnia, cōprobauimus. Quippe praecedere oportet eam quæ a vera methodo proficiuntur
remediorum inuentionē, huic uero experientiam ad certiorem ē fidem subscribere. Siquidē ex
tali methodo ē sulfur, quod ignē expertum non sit, quodq; lapidolum nō sit, sed omnino tenui
partiū, ei cui neruus vulneratus esset, conducturū sperauimus, tantum eius tenui oleo miscentes,
dum quod ex vtrīsq; mistum erat, sordium haberet crassitudinem. In valentioribus uero duriori-
busq; corporibus, ē si ad mellis spissitudinem redigas, sic quoq; iuuueris: nam id quoq; compro-
batum experientia est. Quinetiam lotam calcem similiter oleo admistam his applicandam exco-
gitauimus, quæ ē si mari lauetur, magis proficiet. Lautatur optime per aëstatem in aëstu canicule.
Quod si bis ter' ue eam laueris, uilius medicamen efficies. Quo pacto aut̄ talia præparanda sint,
ex cōmentarijs, quos de medicamentorum cōpositione edidimus, intelleges. Nunc mihi tantum
dixisse sufficit, me tum hæc, tum alia multa medicamenta aduersus neruorum vulnera inuenisse,
cum nec sub aliquo magistro ea usurpata viderim, nec in veterū alicuius aut medendi libris, aut
quos De facultatibus inscribūt, prodita: sed ex ipsa rerum natura indicationes sumpserim. Id qđ
proprium esse medici methodo utrīs exultimo. Mirificus autem Theſſalus, cum ne unum qui-
dem medicamentum inuenierit, iam pridem materiam eorum notam esse affirmat. Atqui multo
rum medicamentorum quæ nos excogitauimus, non modo Theſſalo, & qui ante eū medici fue-
runt, materia nota non est: sed nec ijs qui post eum in hunc vslq; diem fuerunt. Siquidē ipse cum
acerbitus aliquando effem ad quandam quā Theſſalij iſtis amethodis medicis putris fuerat fa-
etus, ac cernerem eū cataplasma, quod ex triticea farina fit, impositurum: vbi nullum ad præsens
mihi medicamentū erat, poposci ex figulo quodam quē viderā ægri vicino aquā lixinā: tum co-
quens in ea farinam hordeaceam, non ait sicut illi in oleo & aqua triticea, imposui. Postea uero
farinā erui simili modo coctam, iam † { phlegmone inflamato & putri } ex bella horū curatione,
neruo imponens, vindicauit ab ea putrefactione hominem. Verum de ijs quæ cum phlegmone
putrescant, alia disceptatio sequetur, eaq; diffusa in opportuno operis loco. De neruis vero vul-
neratis satisfaciant, quæ dicta iam sunt. Et sanè ex ijs quæ ipsi inuenimus, plurimi uno illo empla-
stro vtuntur, quod ex euphorbio, & cera, & fricta resina est cōpositum. Cui nescio quomodo
aliqui sinopidis aliquid postea miscuerunt, aliqui ochræ, quod videlicet fucatum, vnde componant,
latere: ægre ferentes, si meum id esse videretur. Verū non est à principio sic à me cōpositū. Mi-
scuerint fortassis ei nōnulli & ē salis flore aliquid, aut aliud quippiam tale, quod colorem eius im-
mutet, nec vim eius minuat. Potest quis per ignorantia etiam tale aliquid immiscere, quod facul-
tatem eius immutet. Verum nos illud ex cera, resina terebinthina, pice, & euphorbio, compo-
sum, immiscentes ex cera partem vnam, ex terebinthina, & pice, vtriusq; partis vnius dimidiū,
sic ut quod ex vtrīsq; conflaretur, cerę par esset. licet autem interim & plus sit quod ex ambobus
confit, quā cera, licet rursus & alterum eorum tantum cerę admiscere. Quinetiam in penuria
terebinthinæ tum humidam pineam, tum etiam frictam commode admisceas: non minus etiam
his & abietinam immittas. Strobilina uero duris tantū corporibus idonea est: ad mollia uero im-
miscenda nō est. Si itaq; humidā resinam immisceris, tunsum cribratumq; euphorbium reliquis
immixtes liquatis, esto vero pondus eius, cerę pars duodecima: etiam plus aliquando, vbi scilicet
valentius efficere est in animo: Sin siccām, sicuti qua fricta est, vtiq; olei pusillum desiderabit eu-
phorbiū. Quare ego tum id cum oleo contundens, ac ad sordum spissitudinem redigens, mox
reliquis post liquationem refrigeratis tērens misceo. Sæpe etiam tantulum aquā immiscui medi-
camento confiendo, quantum in mistis ipsiſ liquidis tum absumi, tum evaneſcere prorsus po-
nit. Verum omnia huius generis ad tractationem de medicamentū cōpositiō magis attinēt.
Nunc sufficerit, sicuti antea fecimus, indicato quale esse debeat medicamenti genus, pauca parti-
culatim exēpli causa apponere. Vberem nāq; omniū materiā in opere de simplicibus medicamē
tis inuenies. Præparare aut̄ debebis, ut in opere de eorū cōpositione est traditū. Nunc igitur satis
est hoc tm̄ dixisse, atq; ad alia transire. Vulnerati nerui curatio medicamenta postulat, quæ &
tepidū calorē excitent, & valenter siccēt: tum quæ ex substantiā sua natura & trahēdi vim ha-
beant, & tenuiū sint partium. Sanè nō ad medicamentū modo viūtusq; inuentionē ipsa medē-
di methodus proficit, sed ē ad ipsum inuentorū vsum. Nam veluti in superioribus ostendimus,
quisquis citra methodū quæ vicerī apta medicamenta sunt, molitur, eum ne minimō quidē eorū
probe vti posse: ita & nō ostendere licet. Siquidē intellexisse quantopere affectum uel siccari,
vel caleficerit, uel mitigari, uel lacescerit medicamentū applicatio, is demum potis est qui metho-
do quadā curat. Idem vero ipse solus ē intendere ea quibus inter initia est vſus, uel remittere no-
uit. Cū nanq; quod dī ἐν φρεσίον, propterea quod euphorbium accipit, vocant, quidā vulnerato
neruo statim imposuisset, idq; subinde prius prospere fuerat expertus, tertio die indicauit mihi
vulneratam partem tum dolentem, tum phlegmone tentatam, miratus medicamen nihil contu-
lisse. Percontatus igitur laborantem sum, num primo die cum impositū medicamentū esset, ca-
lorem

E
• Al. φέρμικον
πιπάσον.

F
F addunt cod.
geçci ॥ ॥ ॥ ॥
ορφις id est
απριατικη.

† φλεγμωνα
τός τε καὶ σύν-
τομον id est
phlegmone la-
borant ac pu-
trefcente.

G

ερσας quod
derades ab
alii uertitur.

H

- A** Iorem quempiam veluti ex Sole suauem sensisset, is se quicquam eiusmodi sensisse negavit. Rursum itaq; percontabar & medicum quanto iam tempore preparatū apud se medicamentū habuīset, ac quos eo sanasset. Ille plus anno apud se habuisse: sanatos vero à se aiebat pueros duos, & adolescentē vnu. Cum aut & de corporis habitu adolescentis rogassem, albū eum, molliēq; corpo re fuisse affirmabat. His ergo auditis, cū intelligerē vt ad propositi adolescentis temperiē euphorbiū deesse, postulans tum ipsum emplasticū medicamentū, tum ēt euphorbium, sumensq; ex his quantū ad ea inter se miscenda satis putavi, iussi manibus medicamentū subigere, ac euphorbium diligenter contundere. Postea q; hæc facta sunt, miscere ea simul iussi. Ipse vero oleum Sabinum vtiq; subantiquū modice calefaciens, foui vulneratā partē. Resectoq; leuiter puncturæ quod cōniuebat foramine, imposui medicamen, iniunxiq; homini inediā. Medico uero praecepī, vt uesperī rursus eum solueret, ac simili modo quo me viderat, oleo vteretur. Atq; his peractis apparuit postridie pars ægra & sine dolore, & sine phlegmone. Intellexeruntq; qui huic operi aderāt omnes, verissimum esse (quod nos s̄epe usurpamus) non esse adeo magnum quod medicamen præstare possit, nisi noctum sit qui eo dextre vtatur. Est autem dexter v̄sus, qui tali planè methodo, qualem ipsi iam s̄epe in cōmentarijs qui ante hunc sunt, ostendimus, procedit. omniū medicamentorum usu ad calidū, frigidū, humidū, & siccum, ueluti ad normas relato. Quā nimirum methodū non solū amethodi Thessalī sectatores probe tractare non valent: sed nec Erasistratus, ne calius medicorum quisquam, qui corporum elementa, aut prorsus non inuestigarunt, aut alia quām quā comprehensa nobis sunt, posuerunt. Sed de his haec tenus.
- B** De curandis nervis per longitudinem, uel transuersum vulneratis, ac contusis.

C A P. 3.

Si autem non punctus, sed planè cæsum vulneratus neruus sit, considerandū est quod pacto facta vulneratio sit, utrum ne per transuersum neruum, an per longitudinem eius: tum vero quantum int̄eruenientis diuisum sit cutis. Proponitur igitur primum, multum esse cutis adaperatum, adeo vt neruus nudus appareat, isq; per directum nō per transuersum diuisus: Huic neruo nullum iam memoratorum medicamentorum quæ ex euphorbio ac similiter acribus, emplastry specie fiunt, applicabis. nudatus namq; non feret eorum vim ita, vt cum interposita cutis erat, tulit. Optime igitur eo casu calce elota in multo oleo soluta vtere. Salutare uero est & quod ex pōphylge medicamentum sit, si in largo rosaceo sit liquatum, quod vtiq; melius fuerit, si tum rosaceum ipsum, tum oleum salis sit expers. Siquidem nudato neruo, omnis curationis consiliū huc sibi dirigendum est, vt minima cum mordicatione siccet. Possunt vero id præstare planè paucissima medicamenta. Esto igitur hoc calu calx salubrī aqua æstatis tempore s̄epe elota. Esto præterea (vt dictum est) & pōpholyx elotus, ita videlicet ut elotus habetur in eo cōposito medicamento quo publice utimur, quodq; alia elota in se non pauca continet. Quippe que ex metallis consistunt, ea elota esse omnia oportet, si modo citra mortuum vllum sint siccatura. Salubre uero medicamentū est & quod ex melle sub emplastry specie cōponitur, vtiq; cū ex optimo fit melle. Solui vero & id rosaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus sit optimum, tum salis omnino expers. Quinetiam ceram quæ eiusmodi medicamentis sit miscenda, elotam esse conuenit. Atq; & liquid terebinthinae resinae inijc̄es, hæc quoq; elota sit oportet. atq; hac magis, si alterius cuiusquā resinae quid immittes. Quippe medicamentis omnibus qua laueris, acris mordensq; sanies eluitur, atq; abstergitur. Si vero robustus sit qui vulnus accepit, & cui corpus sit à superuacuis humoribus mundum, in hoc casu est etiam valentioribus remedijs nonnullis uti: ueluti ipse aliquando cum id genus vulneris in carpo accepisset iuuenis quidam philosophus studiosus, alioqui corpore bene habito, & tum in æltiu Sole peruerto, ex Polyide pastillis sapa solutis, postea super calida aqua tepefactis linamenta imbuta imposui. Nam id quoq; uel in primis semper habendum curat, est, nequid ex ijs quæ vulnus contingent, frigidum sit, quandoquidem ip̄a laborans pars & sensilis maxime est, & principum partium primati continua, & temperamento suo frigida. quorum omnium occasione & ex facili à frigido offenditur, & suam offensam impertit cerebro. Q; si ex ijs fuerit quæ in musculos perueniant, etiam conuulsionem facile accedit. Siquidem monstratur est musculos voluntarij motus instrumenta esse. Idem fore & in tendonibus expectabis, ijsdem de causis. Cæterum cum memoratum remedium tum vulneri ipsi iuuenis imposuissim, tum uero partium, quæ supra erant, non parum eodem complexus fuissent, quæ circa axillas, collum, caputq; eius erant, omnia calente oleo assidue madefeci. Detraxi uero illi & primo statim die sanguinem scarificata vena. In quarto igitur hic quoq; iuuenis recte habuit, adeo vt & rugosum, & paruum, & contracutum vlcus iam cerneretur. Veruntamē consultius visum est, vlcq; ad septimum nihil nouare. post quem diem planè redditus est sanus. Sanè oleo perfundere tale vlcus nō oportet, præsertim cum, vt nunc comprehensum est, curatur. Nam oleum pastilli huius viribus est aduersum, ac sordidum vlcus reddit. Neque enim parum interest, nudo ne neruo oleum, an per interpositam cutem admoueas. Abluenda igitur a vulnere sanies est molli lana specillo circumvoluta. Madefacere uero lanam s̄i placet, ne scilicet siccō vlcus attingas, sicutem, id est sapa, sufficerit: quam & hepsema vulgo apud nos in Asia vocant. In hac igitur lanam intingens, mox exprimens, vlcus detergebis. Esto vero hac quoq; ipsa tepida primis maxime diebus. Q; si omnia ex sententia

προκαταθέουσα
i. præposita.

Gal. methodi medendi

in genera cap. 4.

Sententia successerint, etiam vino dulci mafacere citra periculum licebit. verum dulce id omni mordente qualitate careat, cuiusmodi tum theræum est, tum scybelites, atq; ab his quod caryinū vocant. Quæcunq; vero & dulcia pariter & fulua sunt, veluti falernum, inutilia sunt, quippe acris sunt omnia talia, ac supra modum calida. Vlcere vero iam ad cicatricem veniente, quæ alba plane sunt & tenuia, nec multam aquā tolerant, nec odora sunt, ea duleibus præstant. Aquæ vero vsum ad neruum vulneratum, semper fugies, sicuti etiam relaxas cataplasma. Ad iam dicti vero pastilli vsum prope etiam accedit, & medicamenti vsls, quod Diachalciteos vocamus, quo publice utimur. Liquari vero etiam hoc debebit æstate rosaceo; hyeme fabino oleo. Descriptum autem est medicamentum hoc à nobis in primo de medicamentorum compositione. Polyidæ vero pastillus, vel trochiscus, vel quomodocunq; appellasse liber, omnibus fermè notus est. Cuius si copia non est, Andronis, vel Pasionis, pro eo est sumendum; vel noster, qui etiam omnibus illis est valētior. Sanè iam dictum est robustis corporibus valentiora medicamenta, imbecillis mitiora esse adhibenda. Ista & vera methodus inuenit, & experientia cōfirmat. Theſſalus vero cum suis vna sophistis in alto throno residet in egypto, & apud pecuinos & brutos homines (vt Cedidas ait) in pretio erit, dum suis rationibus confirmat omnis vlceris recentis eandem esse curationem, neq; hanc vllam ex partium natura indicationem sumere. Vnus tñ magni in eius sapientia nominis, admirandam vulneratorum neruorum curationem excogitauit. nam protinus eos totos præcidit, ne admonito quidem qui vulneratus fuerat, quanquam in hoc quoq; à se cœta sua deliciuit. Siquidē par erat vel & musculos vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totum præcideret: vel nec neruū. Alioq; sic quod fugiunt, id facere deprehendunt, vt diuerſam p discrīmīne partiū indicationē accipiāt. Verū hos iā mittamus, ac de transuerso nerui vulnere agamus, in quo maior cōuulsionis metus impendet, phlegmone. f. à defectis fibris ad non sectas cōcata; cæterū cōuulsione ab ipsis nō sectis excitata. Ac quæ ad vlceris curationē attinēt, his quoq; sunt eadē. Cæterū, detrahere largius sanguinē, ac tenui magis, q; in illis vti viciū, tū in quiete oīno ac lectulo molli hoīem contineat oportet; tū oleo calenti vbertim in axillis, collo, tēdōibus, ligamētis, & capite vti. Quod si vulneratus neruus ex ijs sit q; in crure habent: sicuti cū in manu erat, ale; ita in his bubones largo oleo imbūdit: tū per totā spinā ad collū, & caput ascendēdū. Contusi vero nerui, vbi cū his vna cutis quoq; contusa exulcerataq; est, medicamenta postulant q; in siccādo quidē cōe nerui vlcera sanantiū consiliū seruent: cæterum quæ partes, quæ per contusionē à se dislideant, contrahere constringereq; sint apta. Qui vero absq; cutis simili affectu sunt contusi, hos oleo calente, cui euocandi facultas inſit, ſepiſſime pfundere oportet, ac totius corporis simile curam habere. Semel hoc incidere vidi, sanauiq; id mature, ipsa ex oleo perfusione. Verum vna cum cute neruos contulos ſepenumero vidi. & propter eius symptomatis frequentiam athletæ ipso vsl edocti habent cataplasma, quod ex oxymelite & fabacea farina cōficitur, quod planè ſalutare medicamentū est. At si dolor vna cū contusione vexat, ēt picem liquidam immiscere, ac bñ coquere, tum calens medicamentū imponere oportet, vbi vero magis ſiccans efficere voles, erui farinam inijcies. Quod si ut amplius quoq; ſiccat desiderabis, irim illyricam immittes. Totius aut corporis cura his quoq; cōmunis est, q; si totus præcibus neruus sit, metus præterea nullus inſtat: dēbilis tamen particula manebit. Curatio vero eius cōmunis est cum ea quæ aliorum est vlcerū, quamq; vnam Thessali imitatores norunt. Ergo de neruis hac abunde ſint dicta. Phlegmonæ vero quæ his ſuperuenient: quæadmodū curanda ſint, vbi de phlegmonis agemus, docebit.

De uulneribus ligamentorum, intestinorum, peritonæi, & omenti, & quo paſto ſuturæ fieri debent, cum partes abdominis interne uulneratae ſunt.

CAP. 4.

Ligamenta vero (quæ græci Syndesmus vocant) cum ſimillimam habeant tendonibus ſpeciem, valentissimorum remediiorum vim tolerant: quod nec ad cerebrum pertingant, & ſenus ſint expertia, nam neruū omnes alij ex ipſo ſtatiū cerebro ortum habent, alij spinali interueniente medulla. Tendones quoq; quoniam compositam eorum eſte ſubtantiam ex neruo ligamentoq; ostendimus, quatenus neruū particeps ſunt, eatenus ex cerebro oriuntur: cæterum minus ſaltē quām ipsis neruū conuulsionem accersunt. Ligamenta vero, cum ex osse ortum habeat, quæcunq; rotunda ſunt, ea neruis affimilia ſunt, duritie tamen plurimum diſlidet. Verum in eo quod alba ſunt, & exanguia, & cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, ſimilitudo illis cum neruis, & tendonibus conlata. Ergo vbi teretia ligamenta tendonesq; viſuntur, qui diſectionū ſunt ignari, neruos eos imaginantur. potiſſimum qui multo duriora ea neruū eſte non intelligunt. at vbi lata ſunt, ibi ea à neruis diuerſa eſte intelligunt, quanquam ne id quidem omnia, cæterū ipſa à ſe discernere non valent. Verum tu, qui præſertim cuiuscq; triū partium naturam perspectā habes, tum vero & formam, & quā in toto corpore poſitum obtinent: in quocūq; mēbro uulneratum ſieri contigerit, ſtatiū intelliges neruus ne ſit quod in eo uulneratum eſt, an ligamentum, tendōue. Et de neruī quidē ac tendonis curatione iam dictum nobis eſt. Ligamentum vero uulneratum ſi id eſt quod ab os permeat, & maxime ſine periculo eſt, & quod ſiccans quibuslibet medicamentis, nihil hoīem offendes. Si id quod in muscleum ſe inſerit, quanto eſt neruo & tendone minus periculo opportunum, tanto vtiq; niſi rite curetur, reliquis ligamentis magis terere

* ἀντηρος, i.
mutila,

F

* Cyclopus,

Arere debet. Horū nihil peragi methodo ab ijs medicis pōt, qui indicationē quæ à particulis sumis, vtilem esse ad ulcerum curationē negant, nec ab ijs qui id quidem confitent, sed tñ cuiusc partculæ naturam ignorant, quæ nimis (licut ostendimus) ex ipso elementorū constat īperamento. Verum ij q̄q nihil aliud, saltē quæ ex instrumentaria partiū constitutione indicant, intelligūt. Theſſalus vero, & qui ſequaces eius ſunt, ēt hæc ignorant, veluti statim ſi diuifum abdomen tam alte ſit, vt infeſtinū ex eo procidat, nec quēadmodum id reponere conueniet: nec ſi omentū exciderit, abſcindendum ne id ſit, an non: nec an vinculo id excipiendū, an ſecus: nec an ſuendum vulnus ſit, nec ne: nec ſi ſuendum ſit, qua rōne ſuendum, quicquā intelligunt, vt quæ ne nos quidem intelligeremus, niſi ex diſectionis rōne omniū quæ iſtic cōtinēnt partium naturā dīdicissemus. quā ēt exponere neceſſum eſt, non claritat̄ modo gratia eorū quę dicenda ſunt, ſed ēt probatio- nis. Cutis extrinſecus omnibus antefat, hæc vero in mēbranam finitur. A cute, medio circiter loco, nerua tenuitas muſculorū (quam Aponeuroſin Gr̄ci vocat) gemina tendit, mēbra- narum ritu. Eas pleriq; anatomicorū duas eſſe minime norunt, cum & vna cohāreāt coaleſcatq; ſic, vt labor ſit eas ſeparare, & ſumma præterea ſint tenuitatem. Poſthas deinceps habent duo muſculi recti, & carnoſi, qui à pectore ad ipsa pubis oſſa perueniunt. Atq; hæc quidē memorata oia, & ſibi cohārent coaleſcantq; & quod conflatū ex iſpſis eſt, Gr̄ci, † { qui quēadmodum diuifum ventrē ſui conueniat, } prodiderunt. Epigaſtrion, id eſt abdomen, nominarunt. Quod vero hoc deinceps excipit, ab illis quidē vocat Peritonaeon: putantibus videlicet vnum, & ſimplex id eſſe corpus, minimeq; cōpositum, ſed falſo, cum id cōpositum ex duobus corporibus ſit, quorum vtruncq; & exangue, & neruolum ſit. Verū alterum eorum neruola tenuitas eorum muſculorū eſt, qui per tranfuerſum ſe agunt: Alterum membrana prætenuis velut aranea, quæ viq; vere eſt peritonaeum. Ac tale quidem in medio ſui eſt abdomen. Partes vero eius quæ vtrinque ad latus ad quatuor quali dígitos recedunt, hæc ſtatiu[m] à cute obliquos muſculos habent: priores quidem, q; à pectore demittunt, ſecundos, qui ab illib[us] ascendent: deinde poſt hos tranfuerſum muſculū, ſub quo eſt peritonaeon. Ergo & minus periculi in hoc loco, quā in medio eſt, cum tenuem eiūſmodi membranam, qualem aponeuroſin vocant, nullam habeat: & futura in medio diſſiculter adminiſtrat. quippe cum & procidant hac parte maxime infeſtina, & ægre inibi cōtineri queant. Qui enim conſtrinxerant contraxerantq; ea, recti illi carnoſi q; muſculi erant, quos ex pectore ad pu- bis oſſa demiſſos diximus. Ergo quoties horum aliquis eft vulneratus, dupliči de cauſa proci- de re infeſtinū eſt neceſſum: a partibus quidem quę ſunt ad latus, propterea quod muſculū, q; iſtic ſunt, conſtrīngitur: a medijs vero, quod nec muſculū eum qui contineat, habet etiamnum va- lidū, & quod locus opportune ad prociſtentiam eſt comparatus. Quod ſi maius etiam vulnus

B ex græco ad verbū, q; qā uocatas Gr̄ci ſtraphias (i. ventris ſeu abdominis ſu- turas) fieri oporteat,

* Hæc ſtatiu[m], ut a hic cōti- nerit, Linacerit, cā tū infe- riū, denuo im- mitti ac remi- ti vertetur.

Atq; hæc quidem præſcile oportet. Proxi- um eſt, vt quemadmodum quis hoc genus vulnerum commodiſſime concretet, conſideremus. Nam Theſſali præceptum, quo censet enemis ea præſidijs glutināda eſſe, parum ſati- facere manifestius puto, quām vt quenquam latere qui compositum mentis, poſſit. Quoniam igi- tur principio id agendum eſt, vt infeſtina qua exciderunt in ſuum locum recondantur, ſecundo loco vt vlcus ſatur, tertio vt medicamen imponas, quarto vt nequa præſtantior pars ſimil affi- ciatur proſpicias: age iam de primo horum agamus. Cum igitur triplex (vt dictum eſt) diſcri- mē horum vulnerum in magnitudine ſit, propriam à quoq; indicationem ſumere tentemus. Eſto autem principiū vulnus adeo paruum, vt inflatum iam quod excidit infeſtinū remittere am- plius non ſit. Nunquid igitur hoc loco alterum e duobus eſt neceſſum, aut flatum educere, aut vulnus ampliare? Præſtiterit autem (vt arbitror) prius, ſi modo id conſequi liceat. At nō alia po- tius ratione id conſequare, quām ſi cauſam vnde excitata inflatio eft, ſubmoueriſ. Ea igitur qua- demum eſt: Certe ambientis aeris refrigeratio. Itaq; etiam ſanatio ex calefaciendo petet. Ergo ſpongia molli & ex calente aqua madenti, ac mox expreſſa calefacere infeſtinū conueniet. Pre- paretur vero interea vinum austerum calidum, quippe id magis calefacit quā aqua, ac robur in- ſtino acquirit. Quod ſi huic etiam præſidio infeſtini inflatio non cefſerit, inciduntum peritonaei tantulum eft, quantum ei quod excidit reponendo ſit ſatis. Appoſita porro ad eiūſmodi inciſio- nem ſunt ea, quæ Gr̄ci Syringotoma vocant. i. quæ ad fistulas incidentas ſunt comparata. Scal- pelli vero quibus acies vtrinque habet, aut quibus cuspis acuta eft, omnino fugiendi ſunt. Situs vero laboranti appoſitus fuerit, cum in inferiore parte factum vulnus eft, ſi ſursum vergat, cum vero in superioribus, ſi deorsum. Vnum autem vtrobiq; cauetur, ne quod exciderit, ab alijs q; quam infeſtinis degraueſtur. Itaq; ex hac ratione conueniet, vt ſi in dextris vulnus ſit, corpus in contrariam partem inclinetur, ſin in ſinistris ſit, in dextram: ſic vt quę vulnerata pars eft, ſemper altiore locū occupeſ. Atq; hoc tum in magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus condu- biliſ fuerit. Quippe id omnibus cōe consilium eſt. Cæterum, repositio infeſtinorum in ſuum lo- cum, vbi ex magno exciderūt vulnere, plane ministrum poſtulat dextrū. Debet enim vbi mani- bus

D e vulnus ampliare: Præſtiterit autem (vt arbitror) prius, ſi modo id conſequi liceat. At nō alia po- tius ratione id conſequare, quām ſi cauſam vnde excitata inflatio eft, ſubmoueriſ. Ea igitur qua- demum eſt: Certe ambientis aeris refrigeratio. Itaq; etiam ſanatio ex calefaciendo petet. Ergo ſpongia molli & ex calente aqua madenti, ac mox expreſſa calefacere infeſtinū conueniet. Pre- paretur vero interea vinum austerum calidum, quippe id magis calefacit quā aqua, ac robur in- ſtino acquirit. Quod ſi huic etiam præſidio infeſtini inflatio non cefſerit, inciduntum peritonaei tantulum eft, quantum ei quod excidit reponendo ſit ſatis. Appoſita porro ad eiūſmodi inciſio- nem ſunt ea, quæ Gr̄ci Syringotoma vocant. i. quæ ad fistulas incidentas ſunt comparata. Scal- pelli vero quibus acies vtrinque habet, aut quibus cuspis acuta eft, omnino fugiendi ſunt. Situs vero laboranti appoſitus fuerit, cum in inferiore parte factum vulnus eft, ſi ſursum vergat, cum vero in superioribus, ſi deorsum. Vnum autem vtrobiq; cauetur, ne quod exciderit, ab alijs q; quam infeſtinis degraueſtur. Itaq; ex hac ratione conueniet, vt ſi in dextris vulnus ſit, corpus in contrariam partem inclinetur, ſin in ſinistris ſit, in dextram: ſic vt quę vulnerata pars eft, ſemper altiore locū occupeſ. Atq; hoc tum in magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus condu- biliſ fuerit. Quippe id omnibus cōe consilium eſt. Cæterum, repositio infeſtinorum in ſuum lo- cum, vbi ex magno exciderūt vulnere, plane ministrum poſtulat dextrū. Debet enim vbi mani- bus

Gal. methodi medendi

bus suis totum vulnus extrinsecus apprehenderit, intrò reprimere, tum confringere, ac exiguū E
semper suenti prænudare, quinetiā id ipsum quod assutū est, modice cōprimere, quoad totū per-
suat. Iam uero que cōmoda ratio suendi abdominis in talibus vulneribus sit, deinceps doceamus.
Quoniam coire coalescereq; cū peritonæo oportet abdomen, incipiendū quidem à cute est, atque
ab externo intorsus acus iniiscienda. Vbi vero tum cutem, tum rectū musculum totum trāsferit,
præterito quod ei subest peritonæo, p reliquū peritonæum eam ab interno extorsus iniſcias, atq;
inde per reliquum abdomen ab interno extra transmitten. Vbi hoc penitus transmisit, rursus ab
externo intorsum idē abdomen est perforandū. Mox vbi peritonæum quod illi quoq; subha-
ret, præterieris, atq; ad contrarium veneris, hoc quoq; ab interno extorsus perpungēdū, vnaq;
cum eo totum ipsi vicinum abdomen. Deinde ab hoc rursus incipiendum, atq; id cum contrario
peritonæo consuendū, ac rursus vicina quoq; cute transmissa, iterū ab ea parte acus intorsus est
iniiscienda, consuendumq; abdomen id cum contrario peritonæo, et inibi vicina cute transmissa.
Atq; hec iterum iterūq; facienda, quoad totum vulnus similiter consuerimus. Interuallum vero
quod futuris interuenit, quod ad compescenda pertinet ea quae subsunt, breuissimū esse postulat.
Quod vero ad firmitudinē ipsius cutis quae in interuallis futurā est, necubī rumpatur, breuitas F
parum tuta est. Quare utrūq; vitato excessu, eligenda mediocritas inter vtrūq; est. Iam hoc
quoq; omnī vlerum cōe quodāmodo est sicuti ē ipsius quo suuntur filii consistentia. Nā quod
iusto durius est, cutē rūpet necesse est, quod mollius, ipsum prius rūpit. Eque vero si proxime
summas horas acū transegeris, quod reliquū est cutis, qm̄ minimū est, dū violenter adducitur,
co-
gitur perrūpi. Si plurimū ab ijs receleris, multū cutis inglutinatū relinques. Hæc tametsi oīum
līt vlerū cōia, maxime tñ fugienda in abdomen suendo sunt. Ipsa uero abdominis futura, aut
fam dīcto modo administrabit, vtq; si quis huc studiū dirigat, vt peritonæum abdomini coalesce
re faciat, vix. n. cū eo coalescit, vt pote neruolum, aut (sicut nonnulli faciunt) qui quae cognate na-
ture sunt, ea cōmittunt, vtq; peritonæo peritonæum, abdomini abdomē. Id fiet ad hunc modū.
Oportet à vicino nobis abdomine incipere, atq; ab externo intorsum per id tantum acum trās-
mittere, post præteritis vtrūq; peritonæi labris, ex aduersa parte ab externo intorsus p vtrūq;
eius labrum acum reuocare, deinde rursus hanc reuocare, atq; ab interno extorsum per aduer-
sum abdomen trāscere. Hic modus à publico, & expromo, quo videlicet vno adacū per qua-
tuor labra acum transmittunt, hoc discriminis habet, q; totum peritonæon intra abdomen pro-
fus abscondit. Deinceps vero de medicamentis p̄cipiamus. Sanè hæc quoq; eiusdē esse ma-
teria debebunt, cuius sunt ea quae Enæma dicuntur: quæq; aliarum quoq; partium vnīe vulne-
ra in superioribus commentarij ostendimus. Deligatio vero extrinsecus, vel p̄cipue in his ne-
cessaria est. Quarta vero curationis in his pars non paulo ab alijs dissidet. Siquidē quod inter bu-
bones, & axillas est, id totū molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circundare oportet. Sa-
tius item fuerit, & si per clysterem intestinis aliud simile infundas. Quod siquid ipsorum intesti-
norum sit vulneratum, quae extrinsecus fieri debent, omnia similiter, vt diximus, sunt peragen-
da. Cæterum, quod inīcitur, vinum nigrum, austertū, & tepens erit, eoq; magis si totum perfora-
tum vsc; ad internum meatum sit. Ac crassa quidem intestina facilia sanata sunt: e contrario diffi-
cilia quae tenua sunt. Ieiunum tamen omnino incurabile est, tum propter magnitudinem multi-
tudinemq; vasorum: tum quod tunica eius prætenuis neruosaq; est, adde quod tum bilem synce-
ram hoc intestinum recipit vniuersam; tum quod omnium fecinorū maxime est vicinum. Nétri-
culi vero quae carnosæ partes infernae sunt, curare cum fiducia tentabis. Nam fieri potest etiam,
vt bene cedat, non solum quod hæ crassiores sunt, sed ēr quod sanatoria medicamenta facile hoc
loco ipsius subsistant. At quæ in ore eius, ac gula vlercent sunt, duntaxat contactū medicamento
rum in transitu fruuntur. Quæ vero in ore eius sunt, ijs sensus quoq; acumen sanationi obstat. H
Verum quanam ratione ventriculi vulnerati, aliorumq; exitialium vulnerum Hippocrates san-
tionem molia, ab ipso peti est satius. Ego namq; non eo consilio vt nemo Hippocratis libros le-
gat, ad hoc opus scribendum accessi. Verum quoniam is mihi primus idonea vlus esse via videt,
nec tamen eam totam compleuisse, cum quedam minime limitata, quedā imperfetta obscuraq;
ab eo prodita inuenire liceat: idcirco ipse tum omnia ealucide explicare, tum quae parum discre-
ta sunt distinguere, tum quae deficiunt supplere studui. Vbi igitur aliquis se in his nostris primi-
tus exercuerit, tunc se ad libros Hippocratis legendos conferat: ac tum eius de vleribus librum
relegat, tum quae de vulneribus exitiosis scripti. Porro simul maximum adiumentum ex his no-
stris libris habebit, simul certo intelliget neminē methodicæ sectæ, quae nomine specioso se vendi-
tat, re autē maxime est à methodo aliena, cōmode vlcus sanare posse: sed nec reliquorum Rationa-
lii quēpiā, quicunq; parum cognitis similariū partiū elementis, artem aggredi censem. Quippe
nesciū hi quoq; rationalē simplicium animalis partium curationem, vt qui ab instrumentalibus
tm indicationes sumant. Cæterum, paucis etiamnū contra Methodicos additis de istis quae in vē-
triculo accidunt vulneribus, aliò stylum cōferemus. Vulnerato peritonæo excidit subinde omē-
tū, quod primaria ne pars sit, an non primaria, vel ex quibus condatur, vel quā habeat actionem
volum'ue, hi cōpertū non habet. Itaq; si īā liuet, aut nigrat portio ea qua excidit, ibi quid faciant,
audire

Vist. 7. lib. 9. cap. 8.

- A**udire est opera pretium: vtrum' ne praeincident; an intra peritonæon remittet. Omnino. n. vel ab ipsa experientia quid agendum sit, intelligent; vel ab ipsa particulæ natura indicationem sument. Atqui refugunt hæc vtraq; eam quidem quam experientia suppeditat cognitione, dum uenerandum. s. hoc seclæ suæ nomen methodum extollunt: eam uero quæ ex particulæ natura suggeritur, q; nec substantiam eius norunt, nec actionem, nec usum, dum à dislectione ceu inutili abhorrent. Itaq; nesciunt sit' ne ex ijs quæ necessaria ad vitam sint; an quæ necessaria quidem non sint, non tamen omnino infimæ nota: sed nec an cum eius affectu simul afficienda pars aliqua primaria sit, an secus: addo q; nec an valorum quæ in eo continent, aliquod possit per sanguinis profusionem hominem interimer: nec si quis post nigrum eius abscessum, quod integrum est vinculo cōplectatur, quòd sanguinis profluum declinet, an id ipsum pericolo ulli sit futurū: nam leui saltem intuitu omentum neruolum videtur. proinde nisi quis exacte naturam eius habeat cōpertam, nunq; audebit vinculo vti, cōuulsionis, s. metu. Horum cum nihil mirifici isti Methodici intelligent; vbi nigrum redditum omentum est, sanè dicere quid agendum sit, non possunt. At nos (arbitror) possumus, qui cum usum eius non adeo esse animali magnū, substantiamq; eius ex mē brana tenui ac arterijs venisq; compositam sciamus, horum tñ initia ex maximis orta, tum artérijs, tum venis intelligamus: sanguinis quidem profusionem cauebimus; coafficiendos uero nervos non timebimus. proinde id quod supra nigricans positū est, vinculo excipiemos: quod post vinculum est, amputabimus: atq; ut in imo fine iam cōprehensa gastroraphia uinculi fines pendant, curabimus: quo nimirū facile eas cū ex vulnera suppurante euomentur, recipiamus.

De ratione fracturarum ossium curandarum.

C A P. 5.

Ac de reliquis quidem corporis partibus dictum abunde sit: nunc de ossibus agendum surperest. quando his quoq; de quo nunc agitur, morbus accidit, quem unionis sive continuitatis solutionem appellamus. Huic cum in hanc inciderit partem, proprium nomen inditum græce est Catagma, omnibus ferè hominibus qui græce loqui norunt, tritum. Apagma nanque, medicorū appellatio propria est, plebi inuisitatum. Solent aut̄ ita nominare quoties ossis finis, qua parte maxime cū alio cōmittitur, abruptus est, sed & è fracturis ipsis quæcumq; fracti ossis partes iam prorsus separarunt, eas Cauledon factas græce dicunt. Patet uero eiusmodi divisionem per transuersum esse factam: veluti alteram per longitudinem magis esse: in qua sanè non omnino separant̄ se partes sic affecti ossis, sed velut per rectitudinem hinduntur, quod genus Schidodon fieri dicere solent. Non deflunt ex medicis iunioribus qui adeo ambitiose oēs fracturarum.

C differentias proprijs interpretentur nominibus, vt et aliquā Raphanodon, id est ad raphani speciem fieri dicant: non contenti oratione os quod varie sit fractum, explicasse. At non Hippocrates huius fuit sententia: sed quoad fieri licuit, visitatissimis vtens nominibus, oratione interpretationi non est grauatus non has modo fracturarū differentias, verūtiam earū quæ in capitib; ossibus eueniunt. Ac si ad eum modum de omni vitiō egisset, profectō brevis mihi proposita tractatio fuisset. Nunc cum plurimorum viā qua sit insistendum indicarit, sed quæ particulatim sunt agenda, inchoata indefinitaq; reliquerit, necessum est in illis immoremur, nec tamē in ipsis plus iusto: sed quæ tradita illi perfecte sunt, ea summatim cōmemoremus. quibusdam ē demonstrationem adiiciamus, vtq; ijs quæ ab eo ratioē parum sunt munita, eorum præterea quæ parum sunt definita, quædam definiamus, & quæ inordinata sunt, ea in ordinē disponamus. postremo ex ijs que ille parū lucida reliquit, quibusdam lucem addamus. Verum si in singulis verba eius adscripto, expiatorij cōmentarij longitudinem liber noster habebit. Nec deerit fortassis aliquis, q; immodicam longitudinem nolstram hic merito accusabit: qui de hac in tertio, & quarto volumine parū merito est questus. In his, n. necesse fuit mihi multa Hippocratis ex eo libro, q; de vulnērib; inscribitur, loca apponere: quibus reliquis medicis ostenderē cuiusmodi res sit methodo quadam

Dulcerum curationē conscribere. In libro aut̄ quo de fracturis præcipit, quis adeo est stupidus, vt doctrinā eius omnem, ceu lucidam planeq; absolutissimam non suspiciat. Q; si quis ēt, vnu vide licet alter' ue dicat parum se id opus mirari, his opportunitissime respondeat illud poetæ: Hos vnu atq; alter' ue permitte tabescere. Quenam igitur sit fracturæ curandæ uera methodus, quāq; ipsa rei natura præscribat, iam tempestivum dicere videtur, atq; hinc sumpto initio. Quoniā fracti ossis soluta partium cōtinuitas est, vtq; finis quod tendet is qui eas curabit, saltem primus, vnitio est. Quod si is per affectarum partium lūcitatē perfici posse non videatur, restat alter, q; est vt alterius cuiusdam interuentu glutinentur. qui si nec ipse comparabilis aduertitur, insanabile esse vitium dixeris. Quod igitur coalescere nequeat tam durum os, quām id quod in iuuenib; & adolescentib; & viris, multoq; magis in senibus cernitur, id profectō vel cuius patere pōt. Potest certe illud tantum unionem recipere, quod abunde molle est: cuiusmodi conspicitur in puerulis. Q; autem alia quapiam interuentu substantia ceu glutino quodam agglutinari colligariq; secum separatæ fracti ossis particulæ queant, hinc maxime speret quispiam. Monstratum est omnem animalis particulā proprium ac simile sibi trahere alimentū. Id si verū est, ossiū certe idoneum nutrimentum, & crassius, & magis terreum, quām aliud quodvis nutrimentum in toto animali fuerit. Non est igitur nec à ratione alienum, nec quod fieri omnino non possit, vt qd ex hoc

vñca 5. lib. 5. cap. 7. 3
ex cap. gi. art. med.

Gal. methodi medendi

hoc ipso proprio alimento redundat, & in labris fracturæ concrescit, suo ipsius interuentu illa quoq; conglutinet. Quinetia ita vsl euenire conspicit: subscriptisq; spei, quā rō suppeditat, & experientia ipsa. Itaq; considerandū deinceps est quanā potissimū rōne corpus hoc quod fracturis innatū, quantū qualeq; sit, prouenire poslit. Nam q; nec quātūlibet, nec qualecunq;, sed qd' medocritate in vtroq; seruet requirimus, id plane est euidentis. Porro huius symmetriæ, tum qualitate, tum quātitate inuenta, deinceps est ut qua maxime quis vtruncq; assequatur, rōnē ipsam quærat. Sed nec tēpus, quo hēc effici conueniat, minus necessarium quæsitū est, vtrum' ne statim à fractura facta, veluti statim in vulneribus moliebamur unionē: an id cōmodum tēpus non est, sed aptius aliud requirendū. Sanē inuenias hoc quoq;, sicuti & reliqua omnia ex ipsa rei natura edocetus. Quanā igitur est ipsius rei natura? Nēpe os fractum sub aliqua paulo ante cōprehensarum differentiarū. Age igitur videamus, nunquid à singulis differentijs aliquid desumī ad eius curationē possit: ab ea quā Caaledon, id est per transuerſum fieri diximus, orsi. Dissident sic à se in hac fracti ossis partes, vt è directo non faceant. Quare patet p̄mū id esse agendum, vt in directum agantur: tum corū quae deinceps sunt, aliquid gerat. Sanē eum situm habuerint, si quis ea quae sic dissident, integræ partis exemplo vsl, in contrariū adducat. à qua nimirum certissima indicatio transpositionis eorū erit. Fieri. n. pōt ut tum prosum, tum retrorsum, tum in hanc partē, tum in illam mēbri facta translatio sit. Quæcunq; igitur retrorsum magis sunt acta, ea prosum impelli conuenient: nec minus alterā quoq; fracti ossis partē modice ad contrariū retrudi. Contra, q; prorsum sunt emota, hæc rursus ipsa quidem retrorsum, reliquam vero partem sensim duci prosum. Eodem è modo, & eorum quae ad dextrā sunt detorta, medicatio est si ad sinistram ducant: contrāq; eorū quae ad sinistram, si mutent ad dextrā: semper scilicet altera parte modice in contrariū acta. Ceterum, in adducendis contrario motu partibus, ne quae frangant earum extantia, nō leue periculum est. Nec p. n. (veluti in serra defectis visitur) laevis est vtriusq; partis finis. Nā si illæ frangant, non poterunt ad amissim secum coaptari fracti ossis fines, duplii de causa. Nam siue ipsa fragmenta inter partes coniungendas intercederint, non sinent ea quae adaptant, se contingere: siue quid forte ossiu extra ceciderit, ne sic quidē eorum quae effinxeris, exacta coniunctio erit sic, ut pristinam vniōnē imitent, quippe quae solum tum demū erit, cum ossis extantia in suas cavitates fuerint reconditæ. Quod si semel cōminutæ perierint, necessum est inter applicata simul ossa vacans interueniat spatiū, in quod sanies collecta, atq; in tēpore putrefacta, totum pariter mēbrum secum corruptet. Atq; ob hec quidem, quae dissident ossa, è directo admota esse oportet, quod cōmode certe fieri nequit, nīl retrorsum prius sint tracta: Antitaisin vocant. Oportet igitur aut manibus ipsiis, vt ieq; si parvū sit mēbrū, aut vinculis circūpositis, aut vna cum ijs è instrumentis, cuiusmodi nos Hippocrates docuit, antitaisin ossium facere. Postea uero q; abūdere retracta fuerint, nec vllus superfit metus ne se in adducendo tangant, tum in directum opponere, vinculaq; remittere, ac musculis ipsiis diductorū in idem cōmissionem permittere: interim vero teipsum quoq; manibus subseruire, ac sicuti aliquid paulū subsulter, corriger, atq; formare. Ab ijs secūdū, quo diriges, fuerit, ut immotū prosum mēbrū constat, nequid eorum quae effinxeris, moueat, qn̄ ita necesse est ea rursum dissidere. Ac si ipsi quidem ægrotanti, vt quietudini mēbri prospiciat, permiseris, vigilans fortassis probe id curauerit: at dormiens omnino membrum mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis, sed è ad desidendum, itemq; cum cubile resternitur surgentis, eorū quae formata sunt, positura serue: tuta deligatura complecti fracturam oportet, quæq; fracti ossis partes secum coarctare ad amissim poslit. At uero cum laxior deligatura ossibus moueri permittat, arctior vero constringendo, dolorem excitet: danda opera est, vt vitato ambartī in cōmodo, vtriusq; fruamur cōmodo. Id fiet, si quod nimium est, declinabimus. Ergo nec adeo arctare deligaturam debebimus, vt iam cōprimat: nec adeo remittere, vt laxa sit. Ac si quidem equalis esset crassitudinis mēbrū quodq; vtriusq; latissima fascia esset cōmodissima, vt pote quae totū æqualiter continenterq; ex omni parte fractum os complectere. Sed qm̄ id non est, pectori quidem latissimam licet circūponas: artubus certe & iugulo non potes, sed in talibus vtilior est angusta, vt pote quae nec rugas contrahet, & totius mēbri cui circundata est, cutem cōtinget. Verū si paucis complexibus fracturam continent, parum tuta est. Quantum igitur securitatis ex angustia deficit, tm̄ ei ex iniectionis numero, & versus integrum deductione est adiiciendum. Sed qm̄ deligationum quæcunq; citra dolorem carnem constipant coarctantq; id virium habent vt ex ijs partibus, quibus p̄mū iniiciunt, succos exprimant, in eas, in quas ipsa sunt fuligine, reponant, atq; figant: non alienum à ratione arbitror, deligaturæ principium super ipsam fracturam iniisci, abhinc uero ad reliquū mēbrum dispensari. Etenim qui contra deligat, is ab integris ad aegram partem sanguinem cōpellit. Atqui si ab ægro loco incipiāt, in integrum finiat, nō lolum innoxia eiusmodi deligatura in ijs quae diximus erit: sed è vtile quiddam contulerit, quippe cū nullā circūfracturā linet excitari phlegmonē, cuius rei curā habere in primis oportet. Timendum. n. est, ne tū ex illa in diuersum vultione, quā membrū in suā formā effingentes, administrauius, tū vel magis ex eo quod causa, quae fracturā faciunt, plerunq; circundata ossibus carñē constipando contundendoq; prius lædunt, magna subsequatur phlegmonæ. Nec sanē mireris phlegmones

- A** si phlegmones quiddam simile etiam ipsis fractis ossibus ad portionem accidat. quando etiam quæ parum probe sunt curata, magis humida, q̄ pro natura sua manifeste cernantur, vbi videlicet vna cum vulnere os perfractum sub aspectus notitiam venit. Quin immo nec ossis caries, quem sphacelon vocant, ex alia occasione oboris, quæ ipsa totius ossium substantię corruptela quedam est. Non igitur negligēdum quin totum superuacuum humidū ex oībus, quæ circa fracturam habentur, partibus exprimās. Incipies itaq; ab ægra parte, ac cum bis ter'ue cōcūdederis, inde sanū versus progredieris. Siquidē qui ita deligat, & ab integris ad laborantē partē sanguinis confluxū arcer, & quod iam collectū in ea est, exprimit. Cum vero duæ partes sint, quæ & recipere aliqd à laborante particula, & transmittere ad eam possint: vtq; quæ superiacent, tum propter multitudinem, tum magnitudinē ad ambo magis sunt habiles. Extremē vero, ppter contrarias cōditiones, exiguum qdem aliquid vel recipere, vel transmittere possunt. multum vero nec ægris partibus subministrare, nec ab ipsis recipere. Quocirca, cum duas primas fecerit Hippocrates deligturas, priore qdem tum quod in laborante particula continet, ad superposita expellit: tum quod ex his confluit, repellit: reliqua vero primis qdem cōplexibus, quos super ipsam fracturam facit, itemq; fasciē ad inferna progressu, eo quēdam extrudit, quædā ne quid illinc confluat, prohibet.
- B** Reliquis deinceps oībus, qbus videlicet ab infimis partibus sursum recurrere deligituram cēset, vt eodē videlicet loco cum priore finitur: tum ad superiora repellit, tum confluxum ab ijs prohibet. Muniunt igitur ac stabiliunt fracturā, nec phlegmonen oriri sinunt prima duo linteā. non tñ ea quæ dicta sunt, ad ambos hos usus satisfaciunt, {presertim} sola. Vnde ad eorum quidē tutelam Hippocrates præsidium excogitauit, vt splenīa vñā cum exterioribus fascijs adhíberētur, quæ hæc quoq; ipsa stabiliant. Ne autē phlegmone oriatur, medicamento quoq; ex ijs, quæ phlegmonen prohibēt, vt iubet, quale nimurū est ceratum humidum. Haec igitur oīa ratione, vt cōprehensum est, dicātate, sunt inuenta & præter hęc ipsa repositionis figura: quæ ipsa quoq; geminæ indicationi subiicitur, priori quæ ex lolis cōmunitib; notionib; pendet, alteri quæ ex curandorum organorū naturali constitutione præstatur. Prior igitur eam quæ maxime à dolore abest, eligendam figuram suadet, quò nec phlegmonen particula contrahat, & eger persistere in vna ea diutissime immotus possit. Secunda quæ ex curandorum sumitur natura, arterias, venas, nervos, & musculos quām rectissimos ponī præcipit. Sed & consentiūt inter se hæ indicationes: qñ & rectissima cuiusq; partis figura maxime est à dolore aliena: & quæcunq; magis q̄ alia est à dolore libera, ex maxime naturalis membro est: brachio quidem angulosā, quæ Engonios grēce dicitur, ruri vero quæ paulominus porrecta est. Porro ad dolorem vitandum non modo naturalis habitus cuius instrumento est utilis, verūtiam consuetudo quoq; conducere non nihil videtur. Atq; hæc quidem figure, in qua custodire mēbrum conueniat, inueniendæ ratio est: eadē porro inueniendæ figura ratio est & in retractione partium à se: quam Antitāsin vocant, & cum in naturalē situm aptanī fracti ossis partes. Etenim expedit, vt in rectissima atq; à dolore alienissima forma membrum tum {retrorsum retrahas}, tum in naturalē habitum coaptes: multoq; etiā magis vt sub eadē figura tum deliges, tum ad quietē reponas. Siquidem sub alia deligare, in alia vero mutare, non dolorē modo incitare potest, verūtiam ossa intorquere, nam nisi eorum quæ precepta sunt in cōmentarijs, quos de muscularum motibus scripsimus, obliuio obrepit: necesse est vbi figura mutatur, alios muscularum tendi, ac velut cōtractos rotundari, alios solui, ac remitti. Ergo vbi tendūtur, tum premi eos à deligatura est necesse, tum ex cōpressione ipsa dolore, vbi vero tensio remittitur, ea in parte deligituram esse laxā, fracturamq; fulcimento destitui. Horum igitur oīum causa tum extēdere, tum effingere, tum deligare, tum reponere vna ea figura, quæ doloris minimum habeat, præcipue est studendū. Atq; ad primum quidem opus, quod in fracturis molimur, nullum iam relictum est præceptum. Soluere autē ex Hippocratis sententia 7
- D** tertio die debebis, quò in membro præter solitum cooperito, nec dolor nec pruritus creetur, nec eius quod iam infixum fracturæ est, perspiratio prohibeatur. Cuius occasione nō modo noxius pruritus quibusdam accidit, sed etiam cutem ex acrimonī sanie erosam exulcerari. Infundendū igitur tñ temperatæ aquæ est, quantū ad euocandā eiusmodi sanie est satis. Quod si rursus quoq; simili modo facies, vtq; leptimo id à primo die facere debebis. Apparuerint vero iam oīa, modo nihil impedit, phlegmone libera, ac q̄ pro naturali habitu magis aliquā gracilia. Tum igit̄ licebit & ferulas circūponere, & soluere ex maiore interuallo. Nam antea, cū phlegmones scopus vincent, tutum non erat ferulis premere. Nunc cum ea desit, ac stabilitate fracturam est opus: sanē nō in cōmodo his vtere. Sed & soluere ex maiore interuallo licet, videlicet non desiderantibus præterea partibus saniem excernere. Quinetiam callus, quem P̄ron Græci dicunt, felicius ita prouenerit: qñ ad hunc gignendum (sicut dictum est) cogi concrescereq; aliquid propriū ossium alimenti oportet. Non est igitur hoc à labris fracturæ eluendum, aut foras euocandum, quod certe assidua solutio faciet. At vero nec tanto interuallo intermittendum, vt nescias quemadmodū fractura procedat. Vidimus enim non semel cum valenter siccarentur ossa, ægre prouenisse callū. Expedit igitur istis tertio vel quarto die aquam calidam infundamus, hanc metā finienda perfusionis habentes, cum carnes in rubrum tumorem attolluntur. Atq; in his quidē priusq;

Septima Classis.

fffffff subsidere

A. diatāfin. i.
extentionem+ statim. i.
extendas,

Gal. methodi medendi

subsidiere incipient, desistendum est. Contra, vbi digeri quid volumus, non prius est desistendum
q̄ quod ex perfusione intumuit, subsidat. In q̄bus vero, quō minus callus in fractura proueniat,
humiditas abundantior obstat: ibi hanc siccare (sicut prius est dictum) conuenienti deligatura, &
perfusione aquæ, quæ vel minima oīno sit vel plurima, conabimur. Quippe minima cū prius desi-
stat q̄ aliquid confluat, & qui ad manum humores sunt, per spiritū digerit: & qui in alto sunt, mo-
dice liquat. Expedit aut̄ ita solui liquariq; ea quæ per deligaturam sunt expellēda. Plurima vero
digerit, plus q̄ attrahit. Sanè constat in ea quidem deligatura quæ exprimet, minus esse arctandos
fasciarum fines: in ea vero quæ ad renutriendū est cōparata, nec minus hos arctandos, & vniuer-
sos circūductus laxiores faciendo. Quoniam aut̄ non solum quo tempore subueniendum callo-
gignendo sit, sed etiam quo pačo est inuentum, reliquum fuit de vniuersa victus ratione pre-
cipere. Ac q̄ in principio quidem sit tenuissime cibandum, id, vbi de propria phlegmonarum cu-
ratione agemus, dicetur. Porro monstrabitur & q̄ venam incidere interdum oportet, & p ven-
trem superuacua expellere. At quo tempore callus gignitur, nutriendum corpus est cibis boni
succii, & qui multum nutritant, ex quibus prouenire luccus soleat nō solum bonus, sed etiā tenax,
ex quali hieri callum maxime expedit, quippe cum ex serosa humiditate ac tenui gigni prorsus
nequeat: ex crassa vero, sed quæ fragilis sit, ac pinguisudinis expers, gigni quidem poterit nō se-
gñiter: cæterum tempore siccscens, frivaldior atq; ita fractioni obnoxius reddetur. Magnitudo
calli ea sit, quæ & ossibus tuto vinculo sit, nec mulculos tñ comprimat. Nam qui minor iusto est,
hic ossa parum reddet tutu: qui maior est, dolorem musculis inuehet. Attendendū vero diligenter
est, vt vel promoueat, si minor iusto proueniat: vel inhibeatur, si immodice increscat. Sunt
vero quibus hæc efficiet, { ipsius perfusionis, tum quantitas, tum vero qualitas: prætereaq; ci-
borum quantitas, } ac medicaminum quæ illi extrinsecus imponuntur facultates. Ac de perfun-
dendo quidem & victus ratione supra est dictum. Ex medicamentis vero quæcunq; emplasticā
substantiam habent, ac modice calfacti, ea callos tum promouent, tum vero augent. Quæ vero
digerendi vim obtinent, ea magnos iam callos diminuūt. Si vero nec augere callum, nec minue-
re studes, sed eo sicut vitro prouenit, es contentus: medicamento aliquo eorū quæ cruentis adhi-
bentur vulneribus, vtere: quæ cum modice siccant, etiam coagulari ac concrēcere mediocriter
callum faciunt. Ac de transuersis quidem fracturis hæc satisfaciat. De longis vero reliqua oīa ad
eundem se habent modum, cæterum cōprimēda hæc magis in ipso fractura loco sunt, tum quod
recellsit, retrudendum introrsus est. Quæ vero contracta multifariam sunt, potissimum cū ulce-
re, quemadmodum fieri plurimum solet, ijs splenitā circūdanda ascia ritu incurua Hippocrates
præcepit, eaq; vino imbuta tum austero, tum nigro, æstate potissimum. Quippe putrescent siue
oleo quis vtatur, siue cerato: cum postulent amplius q̄ reliqua siccari, vtpote vitio ipso reliquis
maiore. Quinetiam medicamenta quoq; oīa ex siccantium sint numero: sicuti ille præcepit, sed
simil modū ipsum siccationis definiens. etenim ex enāmis eiusmodi esse pharmaca vult. Quòd
si protinus ab initio quis ipsi vtatur, tale esse debere ænemon suadet, quod imbuī sit aptum. Ac
reliqua quidem oīa ex illius præceptis sunt peragēda, non in ijs, quæ dicta sunt modo, verū etiam
siue nudatum ost{ desecari ferrā} postulet, siue fragmēta quæpiam vel teipsum eximere, vel ex-
pellenti naturę subseruire oporteat. De ijs vero quæ cruribus supponunt organis, quos Solenae
graci vocant, quæcunq; Hippocrates addubitauit vtenda'ne sint, nec'ne, & oīs norunt, & lau-
andas esse rationes censeo. Quod aut̄ neotericis inuentum est glossocomon, quo maxime tem-
pore gignendi calli vtimur, laudandum id quidem quantum aliam quāuis eiusmodi machinā
ducimus. Verum non videtur id Hippocrates nouisse, quanq; alias in organis, quæ vsi forent,
excogitandis non indiligens. At vero quod cruribus subiicitur instrumentum, recte illis exco-
gitatum est: q̄ per vnicum axem, qui in fine machine ad infernam eius partem est collocatus, cō-
trarium nixum toti membro gemina tensione efficit. Nominatur earum altera (quæ vtq; mem-
brum tendit in directum) græce Euthyporos, id est in rectum procedēs: quæ vero prius sursum,
mox deorsum, ea Metaleptice græce dicitur, quasi translatiuam dixeris. Obeuntur ambē per la-
queorū circūplexū. Porro aptissimus in hunc usum laqueus est, { qui duas habeat appendices, }
Hic igitur, cum in partibus membris quæ infra fracturam sunt, iniectus est, priorem siue euthypo-
ron efficit tensionē, brachijs scilicet ipsius axi circūpositis. Cum vero in partibus quæ supra fra-
cturam sunt, idem laqueus imponitur, metalepticen tensionē efficit, ab actis videlicet ipsius bra-
chijs prius sursum, mox deorsum, quippe hæc quoq; circūdanda axi sunt. Porro circūactum ac
veluti flexum brachiorum laquei, qui à superioribus partibus ad inferiores agitur, per trochilia
fieri oportet, quæ in lateribus glottocomi sint posita. Licebit & Solena voces eiusmodi machinā
& cum adiectione sic, Solena mechanicū, aut Glottocomion mechanicum. Verum de instrumen-
tis vberius præcipiemus, quandoq; { de luxatis } agemus. vbi etiam de varietate deligaturū, quæ
superimponuntur, nō minus dicetur. Nunc vero postq; de mechanico Solene mentionem feci,
qui plurimum cruri cōmodat, tum alias cum reponit, tum vel magis cum æger cubile mutat,
aut etiam è ventre aliquid excernit: non ab re fuerit, quō nihil tractationi de eo desideretur, mul-
to magis illud glottocomion laudare, cuius alterum laterum itemq; tabellulam, in qua pedē col-
locant,

† Antiquis-
tum ipsius p-
fusionis quāti-
tas, tum cibos
ri quātitas ac
q̄litas, legit.
Tō, te ποσὸν
τῆς σλαβικῆς
καὶ τὸ ποσὸν
καὶ ποσὸν τῶν
ἰδεομένων.

† Cod. ant. les-
gut ἀντομογ-
στῶν vt etiam
Linacer. vertit.
impressi ἀπο-
γράφησαι
foratione.

† διαδυόν
στατίσσειν.

† Deluxatori
curatione

A locant, quò nulli non quadret membra magnitudini, mobilia faciunt. Ac de reliquis quidem fracturis hæc nosse, cum ijs, quæ Hippocrates præcepit, sat fuerit.

De curandis fracturis ossium quæ in capite consistunt.

CAP. 6.

De ijs vero quæ in capite accidentunt, Hippocrates certe integrum volumen scripsit, vbi oia præcipit quæ in his sunt agenda. & nos cum huic operi fine imposuerimus, enarranda eius opera aggrediemur. Ad præfens vero, qm̄ in his cōmentarijs, & quæ supra ea quæ ille dixit sunt inuēta, adiūcimur, & quæ indefinite dixit definimus, necesse est primū de cauīs excisorijs scalpris quos græce Cycliscus vocant, mox de ijs quos à lenticulæ specie Phacotus vocant, post hos de anguifis scalpellis, demum de medicamentorum vſu, aliquid agamus. Ergo de fracturis calvariae quædam vſq; ad secundam laminam, quam græce Diploen vocant, perueniunt: quædam vſq; ad internam ossium faciem: quædam etiam simplices fracture: quædam contusions: quædam vestigia eorum quibus inficta plaga est. Que igitur simplices fracture ad secundam vſq; laminā perueniunt, ijs quos modo diximus anguifis scalpellis indigēt. Expedit aut̄ hos ut numero multos, ita magnitudine impares esse, necubi desit quod operi sit cōmodissimum. Postea vero nudato, prout fieri solet, vitiato osse, vtēdum primo quidem latiore, secundo loco, eo quod illo est angustius, mox ita reliquis deinceps vſq; ad angustissimum. Hoc vero in ipsa diploë est vtendū. Post

† Cod. impresa
ſi ac antiqui ēt
multi habebit vt
Linacer vertit.
Sunt tñ q ad
dit xđ dēm̄
d̄es xđ xđ nō e
l̄t̄r̄v̄. & squa
ma eris, xqua
portione.

haec tum protinus, tum ad finem vſq; siccis medicamentis est medendum. Quæ ob id ipsum x̄f̄p̄ græce, id est capitalia, sunt dicta. Ea cōponunt ex iri illyrica, & erui farina, & manna, & aristochia, & panacis radicis cortice. in summa, oibus quæ extergere citra mortuum possunt. ipsa nāc generatio carnis, naturæ opus est. Itaq; ægro ad eā rē nihil opus est arte medica. Ut aut̄ que prouenit caro, coalefacit circūthære eatq; omni ossis parti, id inde maxime eveniet, si neq; sordes super eo sit, nec oleosa quepiam pinguitudo. Id igitur est quod egris medici ad carnis pductionē præstant, vt totus locus siccus sit, tum quælibet vitiati ossis pars plana pura. Atq; hæc qdē oium fracturarum cū caro in his produci incipit, cōmunia sunt. Ex fracturis vero quæ ad cerebri vſq; membranas perueniunt, si simplex tm̄ fractura sit, iam dicitis scalpellis anguifis vtēdum: Sin cū contusione aliqua, quod contusum est, excidi debet, idq; vel terebellis prius in circuitu perforatum, mox deinde scalpris admotis, vel protinus ab initio cycliscis. Ac quæ per terebellā quidē ratio fungitur, parum tutæ est, propterea qdum audacius eam tractant, duram membranam quæ ossi substrenit, nō raro violant. Quod vero per cycliscos opus administratur, ne id quidē oino vitio caret, cum quatiat immodice caput, quod potius quietem postulat. Mihi igitur hic quoq; placet, si magnæ sint fracturæ, & ossa quæ fracta sunt, vehemēter mota, cycliscis vti. quippe paucis excisionibus facies lenticulatis excisorijs locum. Sin firma plurimū ossa sunt, foranda terebella sunt. Quidam aut̄, quò minus vſquam aberrēt, eiūmodi terebellas excogitarunt que mergi nō possint, quas ab arguento A baptistas dicunt. Circūcurrit enim parum supra terebellā acutam cuspidem circūlus quidam parum extans. Sanè expedit cōplures id genus præparatas habere, ad omnem calvariae crassitudinem. Nam crassiori longior terebra cōueniet, (voco autem ita cūfus spatiū quod inter summam est cuspidem, & circulum qui extans circūcurrit, maius est:) tenuiori breuior, est autem huic quoq; quod interest inter cuspidem & quod circūcurrit, minus. Aliqui vero (sue illos his timidiores, sue tutiiores appellem) etiam ijs quas Chœnidas vocant, sunt vñi. Tu vero, si neq; imprudens eorum quæ fallere possunt sis futurus, neq; plus, quām sat is est, timidus, cōmodissime cycliscis vtere. & primo quidē aggressu, latioribus: postea magis anguifis, donec ad crassam membranam peruenieris. Cæterum quod excidi oportet, id totum circulo cycliscis nudandum nō est, sed ex ea maxime parte qua fractura est grauissima. Nam præter alia, etiam membrana ipsa ab ossibus quæ vehementer sunt afflita, celerrime recedit: adeo ut nullus sit metus eam, quæ iam sciuncta est, tetigisse. Si vero vnam semel nudaueris partem, ac scalprum qui in cuspidē præfixam habet obtusam lœuemq; lenticulæ speciem, aciem vero per longitudinē erectam, submisericis: vbi latam partem lenticulæ super membranam statueris, feries malleolo, ac sic calvariam diuides. Evenient enim ita agentibus quæ requirimus oia. Nam mēbrana, ne si dormitans qdē quis agat, lata tantum lenticulæ parte occursens vulnerari potest. Qui sicuti adhæreat calvariae, huius quoq; adhæretiam innoxie dirimit ipsa lenticulæ rotunditas. Subsequit vero præuentem eam à tergo ipse scalper calvariam secas. Quare nec qui minus cum periculo, nec qui celerius perficiatur, forandi modum alium inuenias. Maxime aut̄ hunc in vehementissimis fracturis laudabis, quas vñiq; recentiorum nonnulli medicorum græce Engesomata & Camaroles nominant. Engesomata quidē, quæ in medio sui membranæ innituntur: Camaromata vero, quæ eandem ipsam partem, exaltatam habent. Cæterum qua primum ab integris fracturæ partibus diduci ægram coepit, intro magis recedunt, ac membranæ innitunt. Quippe celerrime in talibus quod egrum est, totum excidit: vt pote cum promptius subintret lenticulati scalpri finis in ijs quæ plurimū à naturali habitu recesserunt. Quinetiam instrumento quod Ostagan vocant, aliquibus ossium quæ vehementer sunt cōminuta, vel exaltatis, vel conueris: ea potissimum parte, vt demittatur lenticulatum scalprum, præparabimus. Quo facto, succedit deinceps omnia quibus est opus, cum securitate simul ac celeritate: vt fermè dixeris celebre illud dictum in reliquis

Gal. methodi medendi

quidem omnibus probe se habere. Dimidium facti qui bene coepit, habet. Hic vero non totius dimidium, sed vel totum, vel paulominus torum habeas, vbi lenticulatum scalprum immiseris. Atq; hec optima est fracturarū, quę in caluaria sunt, manualis tractatio: quā Chirurgian vocant. E Quantum vero excidere conueniat eius quod affectum est, deinceps exponā. Quod vehementer est confractum, id totum est auferendum. Si vero ab eo fragmenta quaedam longius excurrant, (quae modum aliquando cernitur accidere) hæc persequi ad finem non expedit: illud plusquam habentibus, minime futurum ut ex eo noxa sequatur villa, modo reliqua omnia rite sint peracta. Nos enim non semel aut bis, sed planè persæpe sic facientes voti cōpores sumus. Indicatio vero agendorum hic quoq; ex natura ipsarum partium affectarum subministrata est. Nam deligaturā quam in alijs fracturis ceu maxime phlegmonas arcentē ratio inuenit, capiti adaptare nō possit. itaq; nec quod affluit reprimere, nec quod in eis partibus cōtinet, exprimere queas. sine quibus presidijs nec reliquorū ossium ullum seruari sanum potest. Nam pone in brachio ad medullam vñq; fractū os esse, neminemq; postea pro fracturę legibus id deligasse: Omnis necesse erit saniem non solum quę foris sub cute & sub musculo est collecta, sed etiā quę in medulla continetur, tum ipsam primum ac maxime corrumpere, tum cum ipsa os vniuersum, quando etiam nunc quoq; oibus rite peractis aliquando talia contingunt. Quomodo ergo non vel magis in capite ea accidunt, cum nec deligaturam quę fracturis debetur admittat, & omnis sanies prona feratur sic, vt super membranam vniuersa coaceretur? In alijs igitur fracturis deligatura cum rite adhibetur, tantum abest ut supervacuum aliquam humiditatē colligi in laeso osse patiatur, ut etiā gracilis q; pro naturali habitu membrum reddat. In capite vero ratio, quę per deligaturā est excoxitata, nec potest ita tum os ipsum confractū, tum quę illi circumstant siccari, ut neq; phlegmonen contrahant, neq; penitus ullam efficiant saniem: nec medicamentum est nullum, quod vel in alijs quidem partibus citra deligaturam os fractum quatenus nunc dictum est, siccum atq; ab superacuis purum reddire valeat. Necesse igitur est nobis primū fracturę aliquid nudare: quod videlicet detergere & abluerre saniem à membrana liceat, post vero, cum phlegmones ipsi præterierint, omniaq; siccā ad vnguem sunt, carnem producere, ac cicatrice locum includere. Non est hic sermo nudus, rerumq; vacuos, cuiusmodi est ille sophistarum, qui operū artis nesciū queruntur cur capitū fracturę callum non ducant. Ducunt enim, viri boni. Vosq; tam demētes estis, ut eorum quae non sunt, tanq; sint, causas assignetis. nouimus enim aliquando sincipitis os fractum, quod aut os huic ossi protinus succedit, temporis os vocatur, in quo ipsa squamatim cōpactas cōfissuras esse accidit, in eo luculenta fractura longissime pertinebat, quam ipse equidem minime contingens, sed tantum sincipitis os excindens, hominem sanauit sic, ut nūc quoq; multos iam annos viuat. Quod si sincipitis quoq; os dimissem, putruisset citius quę illi suberat cerebri membrana, q; callum fractura duxisset. Nam si nulla ex laevis partibus sanies intrō cōflueret, superfluum esset os excidere. Ergo illi, prout solent, nugentur. Ego vero in alia similiter se habente fractura cogitaram supernum os dimittere, ac quod à lateribus erat, quę sanies deflueret, eximere. mox cū & crassitudinem eius & duritiam aestimasse, vitius fore iudicauit supernū os potius eximere, q; ob defluxus solitudinem cerebrum valenter concutere. Cogitauit præterea accidere posse, ut li à latere magnum fieret in ossibus foramen, prominere fortassis hac parte cerebrum. Est porro & in lateribus non uno in loco etiam neruorum, horumq; non levius momenti, quidam exortus: cū in supernis capitū ne minimus quidem vñquam oriatur neruus. His admonitus abstinui ab exercitu osse, quod in latere capitū esset. At callum semper duxit, modo rite curaretur. F Ac iā quod disquiramus, hoc ferè superest, quænam sit, postq; foratum os est, tum medicamentorum, tū vniuersa diligentia nostrę præcipua omnium ratio. vtrum'ne blandissima, & quę maxime voluptati cubantis subscripta, veluti qua nunc pleriq; vñtuntur: an quae huic maxime est aduersa, nempe quę p medicamenta, quę vehementissime siccant, perficitur, cuiusmodi & Meges Sidonius laudat, & ciuius quidam noster semper est vñsus sic, ut etiam emplastrum quod Iisin vocant, illico nudat membranę imponeret, & super hāc foris oxymeli. Sanie is senex erat satis exercitatus in hac artis parte, ceterum neq; alium quempiam his vñsum vidi, nec ipse vti sum ausus. Tantum tamen testificari Eudemus possum (nam id seni nomen erat) magis fuisse seruatos qui ab illo curabant, q; qui ab ijs qui blandis vtebantur. Aggressus vero fuisse aliquādo ipse quoq; experiri eiusmodi curationis rationem, si perpetuo in Asia mansisset. Sed cum Roma plurimum agerem, ciuitatis morem sum fecutus, permissa ijs quos Chirurgos vocant, maxima eiusmodi operum parte. Ceterum ipsam rei naturam aestimans, talem quandam determinationē longa nostra experientia confirmatam concipio. Qui auditorius meatus dicitur, non solum vñq; ad cerebri durā membranam pertinet, sed etiam neruum contingit, qui in ipsum à cerebro descendit. Is autem quanq; ita positus in vicino, tamen vehementissima (sicut dictum prius est) medicamenta tolerat. Nihil sicut miri sit, si post foratiōes crassa cerebri membrana, anteq; notabiliter phlegmone occupet, G Valentissimis gaudeat medicamentis, ceu siccā naturaliter substantiam habens.

Galenī